



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 11. Bellum Pontificis adversus Ferdinandum Neapolis Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

itidem die decima octava Junii scripta, **Secul. XV.**  
 in qua Pontifex apud eundem Regem **A.C 1485.**  
 queritur, quod in Provincia, quæ nu-  
 perrime Francorum imperio adjuncta  
 fuerat, Ecclesiæ immunitates a Magistra-  
 tibus infringantur, eoquod illi suis com-  
 modis sub obtentu tuendæ Regiæ aucto-  
 ritatis unice inserviant. Regem itaque ad-  
 monuit Papa, ut remedio prompte adhi-  
 bito hujusmodi corruptelis obviaret: cum  
 vero Cleri Gallicani conventus ad primam  
 Augusti indiceretur, atque haud temere  
 suspicaretur Innocentius, in eo Pontifi-  
 ciæ auctoritati detractum iri, eoquod  
 plures abolitam Sanctionem pragmati-  
 cam restaurari cuperent; hinc Carolum  
 Regem, datis ad eum literis die vigesi-  
 ma quinta Julii rogavit, ut juxta glorio-  
 sa Majorum suorum exempla Sedem A-  
 postolicam protegeret, nec improbis eo-  
 rum, qui auctoritati Ecclesiasticæ insi-  
 diarentur, consiliis sese irretiri pateretur.

§. XI.

*Bellum Pontificis adversus Ferdinan-  
dum Neapolis Regem.*

Idem Pontifex Sacerdotalis Ordinis im-  
 munitatem tanto studio defendendam  
 suscepit, ut etiam bellum indixerit Fer-  
 dinando Neapolis Regi, qui non solum  
 clientelares Ecclesiæ subditos sæva ty-  
 ran-

*Marian. hist.  
 Hisp. lib. 25.  
 c. 7.  
 Comms. lib. 74  
 c. 1.*

Q 4

Sæcul. XV.

A. C. 1485.

rannide premebat, sed etiam pessumda-  
 tis omnibus legibus Comitem Sarce-  
 nem non nisi levibus ex causis trucidari  
 jubebat; hinc summus Pontifex a plu-  
 rimis Proceribus in auxilium vocatus  
 eo lubentius illorum patrocinium in-  
 suscepit, quo frequentius & ipse jam  
 primis Pontificatus sui auspiciis de Reg-  
 no conquestus esset ob tributa, quæ propter  
 regnum suum Sedi Apostolicæ pendere  
 debebat, hucusque vero persolvere de-  
 tractabat, obtento inani prætextu, ut  
 si Avenionensis Comitatus a Joanna Re-  
 gina Sedi Apostolicæ haud alio ex pacto  
 donatus fuisset, quam ut per hanc do-  
 nationem quadraginta millium aureorum  
 tributum pendendi onus extingeretur.  
 Hac Regis repulsa Innocentius haud pu-  
 ram commotus, necnon a Neapolitanis  
 Regni Proceribus impense rogatus, ex-  
 ercitus contraxit, suisque copiis milite-  
 re imperium Roberto Sanseverano de-  
 lit, ac denique Renatum Lotharingum  
 Ducem, cui jus in hoc regnum competi-  
 bat, ad hanc expeditionem conficiendam  
 evocavit. Dux lubenti animo Pontificis  
 voto annuit, iterque nulla mora susce-  
 pit, Italiam petiturus. Ast vix Lugdu-  
 num pervenerat, cum a Carolo VIII. pe-  
 dem sistere juberetur; Gallus enim hæc  
 dissidia componendi provinciam sibi de-  
 ri contendebat, eoquod ob cessionem

ris sibi factam in hac causa potissimam partem haberet.

Sæcul. XV.  
A.C.1485.

§. XII.

*Dissidia Romæ a Ferdinando vindictæ studio suscitata.*

Ferdinandus, ut Pontificis potentia se se opponeret, præprimis conjuratos Procures antea pessime a se habitos delinire studuit, ac propterea Montorii Comitum, ejusque conjugem e vinculis ereptos libertati restituit, atque Pontificem intestino bello implicare molitus est, ut is sedandis Romanorum tumultibus distentus in exteros arma sua vertere haud posset; quapropter Rex Ursino Duce in suas partes pellecto, totus in eo fuit, ut inter Romanos dissensionum semina spargeret: primo igitur infestis armis usque ad urbis portas excurrit, dein qua promissis, qua minis, omnibusque perfidia artibus in opem vocatis, Cardinales populumque ad seditionem in Innocentium Papam sollicitat, ac studiose libellos divulgat, quibus Pontificis electionem sacris Canonibus adversam jactitabat, eo quod a Cardinalibus sacra purpura indigne decoratis electus fuisset, denique vero seditiosis ad novi Pontificis inaugurationem suam opem operamque pollicebatur. Innocentius inter tot arcta deprehensus,

Raynald. ad hunc ann. n. 42.